

Prelatorum, Baronum et Procerum Regni
 Hungarie, ad Prelatos, Magnates, et Proceres
 Regni Polonie Litera. Incommoda Regni sui
 denuntiant. Patriam atque civitatem inter utraque
 Regna amicitiam, ac unionem, et Fœdus novis-
 simè renovatum in memoriam reduciunt, com-
 mendentque officij; tum certiores eos faciunt,
 quò Germanorum conatus armis propelles-
 re decreverint. Datum Bude Die 27 Februa-
 rij Anno 1447. Ex Archiv. Regni Cracoviensi
 Exstat in Cancell. Regni Lib. 3. No. 4. fol. 77.

Reverendissimis Reverendisquè in Christo Cas-
 tribus, ac Magnificis, Strenuis, Cyregijs et No-
 bilibus Viris, Dominis, Prelatis, Magnatibus, Baro-
 nibus, Militibus, et Proceribus Regni Polonie, Fra-
 tribus, et Amicis Nostris dilectis, Prelati, Barones
 et Proceres Regni Hungarie Salutem et dilectio-
 nis Augmentum. Vetussem morem nostrum,
 quem communem cum S. V. ab olim habuimus,
 in curando de singulis urgentibus tunc inde rebus,
 et nunc permaximè non prætermittere dignum
 putavimus. Quandoquidem fida studia nostra ma-
 gis ac magis Nos erigent, ut incommoda Nostra
 eque ut commoda Vobiscum amica confidentia
 participemus, id et hætenus, quantum Nobis in-
 ter tot turbines positus, ex antiquæ amicitie officio
 expediens fuerit, inficiari hæc possumus, quin
 has crebras injurias nostras, crebrius fraternæ
 compassioni Vestre communicare opus fuerit. Ve-
 rum tot indigna facinora, que et sine clamore

nostro late, publicisque suis reuerentibus F. V. clara, nota
que esse potuerunt, bonis medijs, et modis complanas
tum in posse putabamus, ad quod consequendum, et
plurimos labores adhibuimus, ut eo certius ejusdem
F. V. tandem finis earum rerum, quorum evaderet,
significandi locum haberemus. Itaque nunc nota po-
tius, quam notificanda scribere instituimus de Domi-
no Romanorum Rege, et Theuthonijs vicine cir-
cumpositis, quorum quamvis semper simulatam
venerimus amicitiam, vel potius ingeritam, et ferme
naturalem inimicitiam, ab eo tamen tempore, quo
Serenissimum Dominum Nostrum Vladislavum
Regem opportunis Regni Nostris gubernaculis
advocatum, et inductum habuimus, apertius velat
tam hostilitatis faciem nudarunt, sublataque inhoneste
Regni Nostris Coronam inhonestius detinent, mox
discordiarum semina miccerunt, unde et quot, quantisque
odii, cautelis, obstaculis, injurijs, caedibus, et insultibus,
ipsius Domini Nostris Regis ingressum et statum
impugnare, Castrorum occupationibus, Confiniorum
vastationibus, preter jus et fas afficere conati sunt
licet describi late possit, non expedit tamen, cum luce
clarius nota esse non dubitemus F. V. prevertim-
tis, qui cum ipso Domino Nostris versati Rege,
Patrie Nostris vulnera presentes palpabant. Quis-
que ipsis nostris aequae, ut suis doloribus, et compati
cordialius, et consulere videbantur. Verum libuit eam
vim, et invidiam, tunc magis patienter ferre, ac ob-
renovatum, captatumque horum Regnorum, nostri
videlicet, et Vestri Amicitiae fœderis urgeri perquam
parati videbamur. Quin nihil debito Nostris decen-

tuis, nihilque dignius arbitrati sumus, quam ut ques-
 sitam diu utrinque dilectionem, hereditaria a Prægi-
 nitoribus benevolentia firmaremus, imo post illud
 idem quesitum a Parentibus carum seclus, non obs-
 tante aliquorum dissensione privata, ad id seculo
 modum, opem operamque prout contulimus, ut cum
 etatibus temporis, mutua quoque vicaria succede-
 ret affectio, ita ut nisi ignoratione Vestra abuti
 videamur, iustus, dignis, et haud disparibus honori-
 bus hinc inde usi, magna, claraque fide cognatam
 amicitiam teneremus. Accedit hinc, quod et præn-
 ominatus Rex noster, et vester, utpote Vobis natus,
 et Nobis datus, inter pessimos militiae exercitus No-
 stri successus, omnia grate ultro accipiens, salutem pro-
 priam pro Nostra Salute ventilando, lapsuque suo,
 imo potius Nostris cum suo testatus sit, quantaque
 affectione pericula nostra debellanda suscepit.
 Quo quidem Pacto tantorum operum magnalibus
 reliquit perfectum Nobis utrinque fratres carissimi
 et arctius servatum antiquae benevolentiae munus, ut
 et deinceps carius et Vos Nostris, et Nos Vestris hinc
 inde rebus obligati maneremus. Postquam igitur
 sicut Domino placuit, tali fuimus Patrono orbatu,
 nec tamen adhuc de ejus vita omnino desperati,
 sicut de eo presente, ita et ex post multis instantijs,
 vis, modis, et ingenijs quesivimus Pacem, occasiones
 discordiae de medio eicere, conati sumus, omnemque
 oblationem quieti aptam impendimus, quominus Pa-
 ganorum insultibus cedere distracti vetaremur. Sed
 longe aliter ac sperabamus consecuti sumus, nam
 malis peiora cumulari vidimus. Primum Pacis Iruga,
 quam

quam adhuc cum prefato Domino Nostro Rege, in
ejus digressu antefatus Dominus Romanorum Rex
biennio condiderat, ea sui parte soluta est, demum ad
occupationem confinium Regni, et Castrorum ac
proventuum Regalium ardentius progrediens, caedis
liberum, spolijs subditorum, Ecclesiarum, sine fas-
caecrationibus, et ceteris infinitis injurijs, totam fere
nostram Patriam complevit, adeo ut atrocitas in-
commodorum publica, cognatae caedis acerbitas et Fra-
trum, Patriaeque alta oppressio Nos non immerito
emori potius, quam ignominiam pati provocaret.
Verum tamen et inter tot pericula ne precipitem
vindictam videremur expetere, novo consilio, novos
Oratores delegimus, atque instantius cum omni Illu-
onis et Sacri Ordine, tum pro illatorum restaura-
tione, tum etiam pro ipsius sublata Corona Nostre
restitutione institimus. Sed solitis cautelis perperam
repulsis nihil praeter verba reportare potuimus. Quam-
obrem omni super his spe feliciori frustrati, ac arma-
manum misimus, ferro iter aperiendum ad pacem
communiis arbitrati, unde et post has plagarum pri-
mitias, quae hac vice hostibus justitia suadente illa-
tae sunt, non cessare deliberatum est, quousque et
divino et justitiae auxilijs, et probo solvamur et clau-
mmo. Quae quidem omnia, etsi S. V. vel major
pars earum non ignorent, quin his quas praedi-
ximus causis et praefere Hos, et inferre contigent
universa, tamen pro meliori informatione eorum,
qui non ita ea ipsa perpenderent, scribere, et justitiam
Nostram declarare voleimus, rogantes ut si
forte aliter super his per hos ipsos nostros commu-

nes, et naturales amulos, amicus aunibus vestris de-
 ferni contigerit, eis veluti de odii suspectis credulita-
 tis locum non indulgere velitis, sed memores co-
 gnati moris nostri fedelis et affinitatis, justas spes
 fidei nostrae, illorum gratia obrumpi non patiamini,
 nec asueta benivolentia Vestra eorum criminatibus
 cedat, quoniam semper diffida suggestio seminarium
 discordie elaborat, et officijs amicitiae dolos contegens,
 alionum Laeum debellare conatur, nostros vero mos-
 res, non tam cognitos, quam cognatos ab Atavis
 iudicio vestro committimus, in quibus non aliud nisi
 rectam fidem, benevolentiam, dilectionem et amicitia-
 am viguisse arbitramur, in quibus persistere et dein-
 cepti intendimus, prout et versa vice S. V. animos
 experti sumus. Plura super his in adventu pluri-
 um Fratrum Nostrorum quos ad Festum S. Gregorij
 affuturi generaliter, in hunc locum evocari fecimus,
 seriosius S. V. curabimus declarare. Dat: Bude
 Die penultima Februarij Anno Millesimo Qua-
 dringentesimo Quadragesimo. Septimo.

